



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**


**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

XXI. Ivnii. S. Ingelmvndvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**S** INGELMUNDVS natione Anglus de stirpe Frisonicâ, cum esset presbyter, & abbas ordinis S. Benedicti, temporibus beati Willebrordi. diuino instinctu venit ad fines Hollandiæ: vbi ferocibus & indomitis Kenemariis verbum salutis prædicauit. Et post multos labores, feбри correptus, animam creatori reddidit, & honorificam sepulturam accepit in vico *Velsen*. Vbi etiam precibus suis aquam de terrâ produxit. Sanctum autem corpus per mysticam reuelationem creditur Valdericus, decimus quatuordecimus Episcopus Traiectensis adinuenisse, cum multis aliis corporibus, quibus diæcesim Traiectensem honorificè adornauit, anno Domini CMLXXVII. Natalem habent antiqua Missalia Calendis Februarij, sed à memoriâ hominum celebratus est in æstate, die XXI. Iunij, quando fortè est eleuatus. Est autem *Velsen*, pagus diæcesis Harlemensis, vbi sanctus Ingelmundus etiam nostra memoria claruit miraculis, & patrocinio contra dentium dolorem. Sed caput auro involutum inde ante aliquot annos furto est ablatum. Cæteræ reliquiæ postea à Geusis per pauimentum templi sunt dispersæ, sed à custode collectæ, & in tuto loco conseruata. Ex jam seruantur Harlemi, quia *Velsæ* omnes ferè ædes cum trabibus Ecclesiæ dirutæ sunt & exustæ, partim hostili incurfione, partim militum Regis necessitate. *Ex Mol. natal.*

*SS. Belgij.*





S. ENGELMVNDVS ABBAS ORD. S. BEN.

Hic natione Anglus diuino instinctu in Kenenariam circa an-  
 num DCC. fidem inuexit; Velsa proce Harienuum, aquam pre-  
 cibus de terra produxit. obiit XXI Junij, miraculis etiam fulgoris.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name 'Ingelmundus' and the Roman numeral 'III'.

EL.